hungaris ac valachis ex atie se subtraxit atq in salutato rege. nutante adhuc victoria. fugā arripuit. fortaſſe rei militaris perito nulla impugna ſalus viſa. ⁊ ſaluare aliquos quā perire oēs maluit. Poloni acceptā eo prelio cladē. huniadis vecordie atq ignauie tradiderunt. Ipe ſua cōſilia ſpreta ꝯqueſtus eſt. Wladiſlaus ſue ſorti dimiſſus dū fortiter circa munimenta hoſtiū pugnat equo deiectus obtruncatus eſt. Caput eius haſta infixum ꝑ greciā atq aſiam in ſignū victorie populis oſtentatū. Poloni ad vnū ceſi oēs direpta caſtra. ⁊ q̄ munitōes curuum tuebant̄ necati Epiſcopi ⁊ ꝓceres hungarie q̄ aderant eadem calamitate oppreſſi. Julianus Cardinalis dum fugit amiſſo ꝓlio cū iam hoſtes euaſiſſet. hungaroꝝ ꝑfidiā euadere nō potuit. Potum equo dantem apud ſtagnū forte repertū. latrunculi q̄dam nouere. ⁊ arbitrati pecuniam apud eū eſſe. deiectum equo necauerūt. ⁊ ablatis veſtimentis nudū cadauer feris ac volucribus dimiſere. hic exitus eius viri fuit magni certe ⁊ admirabilis. Jnquo neſcias doctrina maior. an eloquentia fuerit. grata hoīs preſentia. blandi mores. vita in omi etate nitida. religionis zelus. q̄ oīa ꝓ xpo ⁊ mortē ipſam vere ſuaſerit. huniadem vt aū dixim⁹ fugientē deſpotus Seruie cepit. Poloni regem ſuū ꝑacto bello pluribus annis viuere crediderunt. Captū non interfectū arbitrati Cardinali venetiaꝝ ei⁹ culpa cladis magna i parte imputata eſt. q̄ neq fretū vti par fuerat cuſtodiuit. neq tranſiectos hoſtes chriſtianis ducibus qđ ſcđm fuerat eius officiū nunciauit. de numero ceſoꝝ minime ꝯſtat. Jllđ exploratū eſt longe plures ex thurcoꝝ acie cecidiſſe. Ceterū ꝓnumero copiaꝝ longe maius dampnū chriſtianis illatū. Victor amurates neq fugientes hoſtes inſecut⁹ eſt: neq gloriabundus inter ſuos magnifica verba iactauit. neque vt ante aſſueuerat hilarem vultum oſtendit. Jnterrogat⁹ q̄d nam triſtior eſſet. ⁊ cur non victis hoſtib⁹ exultaret. Nollē